

CAPVT III.

**P**ost hæc ostendendum est, quod neque materia fit, neque species. Dico autem, extrema. Omne enim, quod transmutatur, aliquid est, & ab aliquo in aliquid transmutatur. Ab aliquo quidem, primo mouente: in quo verò, materia: in quod autem, speciem. In infinitum itaque procedet, si non solum æs rotundum fiat, verum ipsum rotundum: aut æs: quare necesse est stare. Deinde quod aliquid est, quælibet substantia est, quæ ab vniuerso fit. Quædam enim natura substantiæ sunt, quædam autem alia. Aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut casu sunt: sed ars quidem, principium in alio: natura verò, principium in ipso. Homo nanque hominem generat. Cæteræ causæ, priuationes horum sunt. Substantiæ verò, tres: quædam materia, quæ quod quid est eo ipso, quod apparet. Quæcunque enim tactu, non coadherentia sunt, materia, & subiectum sunt: quædam verò natura, quod quid, & quidam habitus ad quem. Tertia item, quæ ex iis, quæ singularis est: vt Socrates, aut Callias. In quibus igitur quod quid non est præter compositam substantiam (vt domus forma, non nisi ab ipsa arte) nec est generatio, aut corruptio eorum, verum alio modo sunt, & non sunt. tum domus, quæ absque materia, tum sanitas, & omne, quod secundum artem est: sed si quidem sunt, in iis sunt, quæ natura sunt. Propter quod non male Plato dixit, quod species eorum sunt, quæ natura sunt. Siquidem species sunt aliæ ab his: vt sunt ignis, caro, caput. Cuncta nanque materia sunt, & maximè eius substantiæ, quæ est vltima. Causæ itaque mouentes, tanquam antea ortæ existunt: quæ verò vt ratio, simul sunt. Cum enim sanus sit homo, tunc etiam sanitas est. Et forma æneæ spheræ, simul atque æneæ spheræ. Si autem aliquid posterius permanet, considerandum est. In quibusdam enim, nihil prohibet: veluti si anima tale sit non omnis, sed intellectus: omnem nanque fortassis impossibile est. Manifestum itaque est, quod præter hæc non oportet ideas esse. Homo nanque hominem generat: singularis, aliquem. Similiter etiam in artibus Medendi enim ars, ratio sanitatis est.

CAPVT IIII.

**C**ausæ verò, atque principia, quodam quidem modo alia aliorum sunt, quodam verò modo non, si quis vniuersaliter dicat, & secundum analogiam, omnium eadem. Dubitare nanque quispiam possit, vtrum alia, an eadem principia, & elementa substantiarum sint, & eorum, quæ ad aliquid sunt: & eodem

A

Κεφάλαιον γ.

**M**ετὰ ταῦτα ὅτι οὐ γίνεται οὔτε ἡ ὕλη οὔτε τὸ εἶδος, λέγω ὅτι τὰ ἔχοντα παύρως μεταβάλλει πικρὰ ὑπό πινος, καὶ εἰς πύφον ἔλθῃ, πρὸς ποσόν του νομοῦτος ἔστι, ἢ ὕλη· εἰς δὲ τὸ εἶδος, εἰς ἀπειρον οὐδὲ εἰσιν, εἰ μὴ μόνον ὁ χαλκὸς γίνεται σφαιρῶν ὅς, ἀλλὰ καὶ τὸ σφαιρῶν γύλον, ἢ ὁ χαλκός. ἀγαθὸν δὲ εἰλῶναι μὲν ταῦτα, ὅτι ἐκαστὴ ἐκ σωανύμου γίνεται οὐσία. τὰ γὰρ φύσει οὐσίαι, καὶ τὰ ἄλλα. ἡ γὰρ τέχνη, ἢ φύσει γίνεται, ἢ τέχνη, ἢ πρὸς ἀπομάκρυν. ἢ μὲν οὖν τέχνη ἀρχὴ ἐν ἄλλω· ἢ γὰρ φύσις· ἀρχὴ ἐν αὐτῷ. ἀνθρώπος γὰρ ἀνθρώπον γίνασθαι· αἱ δὲ λοιπαὶ αἰτίαι σφίσις τούτων οὐσίαι· ὅτι ἄρτι ἐν ὕλῃ, τὸ δὲ πᾶσα πρὸ φάινεσθαι ὅσα γὰρ ὄντι ἀφ᾽ ἑμὲ καὶ μὴ συμφοῦσαι, ὕλη καὶ ὑποκειμένη. ἢ γὰρ φύσις, καὶ τὸ δὲ πᾶσι, καὶ ἐξ ἑστίαις. ἐπὶ τρεῖσι ἢ ἐκ τούτων ἡ κατὰ ἕκαστα· ὅτι Σανκράτης ἢ Κλημίας. ὅτι μὲν οὖν πᾶν, τὸ δὲ πᾶσι ἐστὶ παραπλήσιον σωθέντων οὐσίαι· ὅτι οὐσίας τὸ εἶδος, εἰ μὴ ἡ τέχνη οὐδὲ ἐστὶ γένεσις καὶ φθορὰ τούτων· ἀλλ᾽ ἄλλον ἔσθον εἰσὶ καὶ εἰσιν, οὐσία τε ἡ αὐτὴ ὕλη, καὶ ὕμεια, καὶ πᾶν τὸ κατὰ τέχνη ἄλλ᾽ εἴδη, ὅτι τῆς φύσει· ὁ δὲ δὴ οὐ κεκός ὁ Πλάτων ἐφη, ὅτι πᾶσι ὄντι ὅποια γύσει, εἴδη ὄντι ἄλλα τούτων, ὅτι πῦρ, σαρξ, κεφάλαιον. ἅπαντα γὰρ ὕλη ὄντι, καὶ τῆς μάλιστα οὐσίαις ἢ τελευταῖα. τὰ μὲν οὖν κινουώτα ἀπ᾽ αἰσθητικῆς ποσῆς γινόμενα ὄντα· τὰ δὲ αἰσθητικῆς, ἀμα, ὅτι γὰρ ὕμειοι ἀνθρώπος, τῦπὸ καὶ ὕμεια ὄντι· καὶ τὸ ὄμμα τῆς χαλκῆς σφαιρῆς ἀμα, καὶ ἡ χαλκῆ σφαιρῆς. εἰ γὰρ ὕμειον πᾶσι ὑπομένει, σφαιρῶν ἐπὶ ἐπίαν γὰρ ὄντι καλῶν ὄντι, εἰ ἢ ψυχὴ τούτων, μὴ πᾶσα.

E

Κεφάλαιον δ.

**T**ὰ δὲ αἴτια καὶ ἀρχαὶ ἄλλα ἄλλων ὄντι αἰσθητικῆς δὲ αἰσθητικῆς οὐδὲ κεκόςου λέγει, καὶ κατὰ ἀλογισμὸν τὰ αὐτὰ πάντων. δορησῆσαι γὰρ αἰσθητικῆς, πῦρ ἐν ἕτεροι, ἢ αἰσθητικῆς ἀρχαί, καὶ σφαιρῆς τῶν οὐσίαν, καὶ τῶν ποσῆς πᾶσι

F